













Præſtantiſſimi adoleſcentis Gaſparris Fantutii cæſa rei Iuris acutiſſimi profeſſoris Oratio ab eodem corã excellentiſſimo Bononienſi gimnaſio pronunciata: et per dominum Hieronymum Petrobonum Alexandrinum iuris utriuſq; ſcholaſticum peritiſſimum diligentiſſime repaſtinata.



c Ogitaui plerũq; Præſules ac antiſtites Reuerẽdiſſimi: Illuſtres domini: Iouis ac Cæſarei iuris clariſſima mundi lumina: uoſq; cõmilitones et uiri p̄ſtantiſſimi? Quoties de rebus arduis ac difficilibus orationem haberi publice contingit: eos in dicendo maxime excellere: Quorũ ætas ĩgeniũ et auctoritas cũctis ꝓbe perſpecta fuerit. eorum quippe ſentẽtiæ facile oẽs aſſentiunt: Quos graues: ſapiẽtes: et plurimo rerũ uſu expertos haberi intelligunt. In adoleſcẽtibus uero multo ſecus euenit: qui licet de re magna et graui uerba faciant: ab audientibus tamen uel una ea ratione minus diſerta et elegans iudicatur: quod adoleſcens aliquis ipſam uel prædicare uel cõmendare auſus fuerit. Qua ex re mihi ſemper perſuaſi audaciſſimi et ferme temerarii eſſe: rem illam aggredi: cuius ipſe magnitudini ſermonis ſui tenuitate detracturus ſit. Itaq; quum de legali phyloſophia mihi hodierno die dicẽdũ eſſe ĩtelligerẽ: mihi inq̃ adoleſcẽtulo: nec admodũ exercitato:

et q forte natu ſim minor oĩbus:q unq̃ hoc ſuggeſtũ ſcandere cõſueuerunt:factum illud octauiani Cæſaris imitari parabam:Qui quũ eã ſophoclis tragœdiã quæ æiax maſtigophoros inſcribitur in latinũ cõuertere cœ piſſet :ac demũ ſcriptoris illius reſonãtiã ſua ĩterpetra/ tione minime conſeq poſſe cõſideret:aiacẽ ſuũ ut ipſe dicere ſolebat in ſpongia fecit obdormire. Verũ cõſpe ctus ueſter iucũdiſſimus:præcipuaq; benignitas ueſtra ab incœpto ꝓpemodũ diſcedentẽ reuocauit:nã ſi expe ctationi ueſtræ:aut ipius rei dignitati minime ſatiſfece ro:nihil ẽ pfecto cur uerear:me a uobis ueniã cõſequu turũ/nimis nanq; rarũ eſt:omnia ſolide et ad unguem elloqui poſſe:cui plurima ſuppetunt enarrãda. Incita/ uit me præterea materiæ ipſius excellentia ac amplitu/ do:in qua extollenda mihi potius modus q̃ copia eſſet reqrendus:qs ẽ enim tã craſſi ĩgenii:adeo rudis:adeo ĩ doctus:ut quũ de diuina ac ſanctiſſima naturæ: uerita tis:uitæ:ac omnis deniq; officii parẽte ac magiſtra uer/ ba facturus ſit:cui copioſa deeſſe poſſit oratio. Nolim uos uiri ſpectatiſſimi(ut qdã forſan exiſtimãt)arbitre/ mini:rem hodie uni dũtaxat hominũ generi accõmo/ datã ĩ mediũ afferri:ſed eã quæ oĩbꝫ hominibꝫ ꝑ omnẽ ætatem:ꝑ omnẽ ſexũ:et in publicis et priuatis: ĩ foren ſibꝫ et domeſticis actionibꝫ ſumme ſit neceſſaria. Itaq; uos quæſo ut q̃ erga uos omnes ſemꝑ obſeruãtia fui :

nunc a uobis ĩ audiendo mihi facilis et æqua et prom
pta exhibeatur indulgentia. Vitam hominis quoddã
esse nauigationis uiaticũ sapientes tradidere: nauigan
dum a nobis est ꝑ uastũ ac ꝓcellosum pelagus: in quo
capharea saxa: alcinoum acuti scopuli: syrtes arenosæ:
symplegades: scyla et caribdis de cuius noĩe uẽtrẽ ho
minis Diogenes cynicus appellabat: aquilone stridente
ac fluctibus assiduis decumana unda nos sæpe detor/
quent: et præcipites demandant in ꝓfundum. Sed dici
te quæso uiri præclarissimi? quid aliud sibi uolunt poe/
tarum figmenta: quod syrenarum blandis et dolosis
cantibus nautæ submerguntur: nisi quod probe datur
intelligi: quod blandissimis corporis uoluptatibus ac il
lecebris uitia moliter nos deliniunt: ac demulcẽt a uir/
tute. Cæterum legali phylosophia informamur cupidi
tatibus imperare: refrenare libidines: spernere uolupta
tes: iram ac crudelitatem coercere: et cæteras animi la/
bes repellere. Legali phylosophia instruimur: deuita/
re has dolosas syrenes: ne suis cantibus nos alliciant: ca
ptent: circunueniant et demum suffocent. Itaq; ut tu
ta sit uitæ nostræ nauigatio: et securus in portum cur/
sus: nec uarios procellarum impetus pertimescamus: in
struenda est imprimis nauis immortali hac discipli/
na: et scientia diuinarum atque humanarum rerum

fulcienda. optima ista erũt phaselli nostri gubernacula hæc firma et immobilis anchora: qua tuti dirigemur in portũ hoc aureo uirtutis munimine instituti: secunda augebimus: aduersa cõminuemus: si naufragiũ aliqd cõtinget: enatabimus: et littus tãdẽ ptingemus. hæc. n. nec hymbrẽ sẽtit: nec latus fluctibꝰ cædit. sic legimus aristippũ e naufragio littora uersus eiectũ: qbusdã popularibꝰ suis iterrogãtibꝰ: qd domi uelet nũciari: mãdasse: atheniẽsibꝰ dici: eas possessiões liberis a patribꝰ cõparãdas: quæ ẽt e tẽpestatibꝰ una possẽt enatare. Antistenes quoqꝫ athẽniẽsis philosophus asserebat: uirtutẽ et sapiẽtiã itineris arma ẽẽ tutissima: quæ minime a latronibus erripi possũt. Bias prieneus unus ex septẽ græciæ sapiẽtibꝰ suis suasisse fert̃ discipulis: ut sibi ab adulescentia ad senectutẽ sapiẽtiã cõparẽt. Eã qppe solã esse amplã diuitiarũ copiã arbitrabatur. Inde quũ patriã eius hostes iuaderent: oĩbus aliis p̃ciosarũ rerũ põdere onustis fugientibꝰ: interrogatus cur nihil ex bonis suis secũ ferret: ego certe inqt oĩa bona mea mecũ porto. solitũ dicere Aristotelẽ audiuimus: parentes q liberos erudiẽdos curassent: lõge honorabiliores esse iis: q solũ genuissẽt hos enim affirmabat corporis tãtũ: Illos etiã bene beateqꝫ uiuendi auctores extitisse. Athennienses quũ apollinis tripodẽ sua opinione sapientissimũ cõsuluissent. Quonã mõ ciues præstãtissimos essent habituri: respõ

ſum tulerunt: ſi quid optimũ pulcherrimumq; eſſet: liberorum ſuorũ auribus imponerent: Quod quũ doctrinam quæ libero homine digna liberos homines facit portenderetur: lydorũ more gemmas et aurum īter petrati ſunt. Demetrius tyrãnus quũ captã urbē magaręſiũ ſolo æquaſſet: Sulponē phyloſophũ īterrogauit: nunquid ex ſuo quicq̃ amiſiſſet: cui Sulpo haud equidē inquit: bellũ. n. nulla ex uirtute ſpolia ducit. Idcirco diuus Auguſtinus ad Zenobiũ ſcribēs inquit: inuigilo tantũ quantũ ualeo: et enitor: ut nihil amem: quod abeſſe a me inuito poſſit. Idē omniũ bonorũ: totiuſq; ꝓſperitatis cauſam conſiſtere penes eã non iniuria dixit. omnia alia incerta ſunt: fragilia: peneq; caduca: affluũt ſubito: repente dilabuntur: incertiſſimo fortunæ flatu huc et illuc tranſferuntur. et ut ait pelignus: Irus erit ſubito: qui modo cræſus erat. Sola uirtus ē altiſſimis ſubnixa radicibus. fuluo eſt uirtus precioſior auro. ſũmus Socrates phyloſophus unicũ dixit eſſe bonum ſciētiã: unicũ ecõtra malũ ignorãtiã. Arbitrata ē ſtoicorũ academia: ſolũ eſſe ſapiētē diuitē. Theophraſti quoq; ſententia fuit: præſtare doctũ eſſe: q̃ pecunia affluenrem. Si ſapientiæ forma inquit Plato oculis corporis uideri poſſet: ad amorē ſui omnes uehemēter incitaret. Socrates eos homines qui nihil haberent hominis: præter mēbra: nõ pluris faciebat q̃ ſimias. Quid. n. intereſt ut ſcri

bit Cicero et Seneca: utrũ quis ex homine se cõuertat i belluã: ut prisci fabulãtur: an sub hominis figura bel lux animũ gerat. Interrogatus Aristoteles quo differẽt docti ab idoctis: quo inquit uiuẽtes a mortuis. Dioge nes quũ uidisset diuitẽ iperitũ: ecce inquit ouẽ aureo uellere. Socrates se admirari dicebat: cur ii: qui lapidea signa insculperẽt: sũma ope niterent: ut lapis homini q̃ simillimus euaderet: se ipos curare negligerent: ne si miles lapidibus et uideãtur: et sint. Verũ præstãtissimi uiri? quæ uirtus legali sapientia ẽ pstãtior? quæ doctrina hac scientia auro et pyropo resplendẽte illustrior ẽ ac p ciosior: hæc diuinas et humanas res bene disponit/hac nihil ẽ dignius / nihil pstãtius / nihil ornatius / nihil excellẽtius / nihil utilius / nihil pciosius / nihil tutius / nihil firmius / nihil ẽ quod i hac uita sit magis optan dũ: magis affectãdũ uel dilligẽdũ: hæc necessaria est iu uenibus: iucũda senibꝰ: dulcis secretorũ comes: inter ꝓ spera ornamẽtũ: inter aduersa refugiũ: hæc nos docet aduersis nõ succũbere: ꝓsperis nõ efferri: uel nimiũ cõ fidere: Quod ꝓprie teste Flacco ẽ sapientis: sperat ife stis: metuit secũdis alterã sortẽ bene pparatum pectus / hæc iuuenibꝰ sobrietatẽ. seniorıbꝰ solatiũ. pauperibus diuitias. diuitibꝰ pbet ornamentũ. delectat domi. non ipedit foris. peregrinatur nobiscũ. O legũ et pontificũ pclara scientia? tu dux uitæ et uirtutis? tu bonos pmio

extollis.malos pœna deprimis.tu urbes peperisti.tu dis
sipatos homines in societatē uitæ cōuocasti.tu materia
morū et disciplinæ fuisti.tu de priuatis optimas de ser
uis scilicet.de liberis. de uxoribus.de uniuersa demum
familia leges exponis.Quo ad publica uero quo pacto
in ciuitate cū sūma laude et gloria quis uersari possit
pfecte demōstras.tu mortales ad summi deniq; boni a/
deptionem pducis.quippe si bene pspicimus splendissi
mi ac florentissimi cōmilitones rerū omniū romanorū
exterarūq; gentiū ab illustribꝫ facta simul ac dicta auc
toribus omnia ad diuinā legū sanctionem puenire co/
gnoscimus:ūde et mūdi totius gubernacula pcesserūt.
nā qd luciū aluaniū induxit? urbe a gallis capta barba
rū furorē fugientē:plaustro sacra īponere: depositis li
beris ac coniuge:ut magis īseruiret publicæ religioni:
q̄ priuatæ caritati? qd marcū attiliū xātippi insidiis ad
captiuitatē deductū īpulit? missum ad senatū crudeles
infestosq; deos ac effrenatā sæuiciā repetere? Quid.C.
Fabio psuasit? gallis capitoliū obsidentibꝫ:ne fabiæ gē
tis sacrificia īterrūperent:intrepidū p medias brenorū
stationes in quirinalē collem puenire?nisi q͞ȝ oia post
religionem ponenda semp romanæ ciuitatis leges auc/
tumarūt. Quid qntū fuluiū censoriū superciliū aduer
sus fraternā caritatem distinguere? Quid Postumiū:

Quid manliũ torquatũ effecit? satius esse: iudicare pa trẽ forti filio: q̃ patriã militari disciplina carere? Quid cottam induxit? Aurelio fuluio nominis ac familiæ ue teris ꝓpinqtatis serie cohærẽti: quũ eũ obsidiõi liparita næ ꝑfecisset: qđ eius culpa agger icẽsus et pene castra ca pta fuerãt: uirgarũ cõtumeliosa uerbera adhibere? nisi qđ præcipuũ decus romani iuris disciplinæ militaris te nacissimũ uinculũ sẽp a maioribꝰ fuit existimatũ. qd mitridatẽ ꝓ leõico a rhodiis deuicto oẽs hostiũ captiuos ꝑmutare coegit? qd attalo ꝑsuasit? testamẽti æqtate asi am populo romão legare? qd populũ romanũ iduxit? in qnti fabii maximi põpa funerali æs ẽt publicũ certa rim cõferre? nisi qđ ĩgratitudinis crimĩe uel apud ꝑsas lege nil grauius puniri testis ẽ Valerius. qd coriolanũ ĩ duxit? ueturia matre agrũ romanũ hostilibꝰ armis libe rare? qd supiorẽ aphricanũ ĩpulit? uix dũ ãnos puberta tis ĩgressũ salutis ꝓpriæ ratiõe nõ habita apud ticinũ pa trẽ intercessu suo seruare. qd te cimon ĩduxit? patri tuo sepulchrũ uolũtariis carceribꝰ emere. Quid curtiũ im pulit animi et generis nobilissimũ adulescẽtem arma tũ equo admotis calcaribus præcipitẽ ĩ illud casma pro fundũ se proicere? qd themistoclẽ ut se a patria oppu gnãda abstineret: tauri sanguinẽ haurire coegit? qua ex re codrus athenniensis depositis insignibus imperii

in cedem suã se cõpulit: nisi quod habebãt legibus ex/
ploratũ: uitam etiã patriæ ac parentibus debere. Infini
ta possem exempla tã nostra q̃ alienigẽa cõmemorare:
Quibus liquet: ĩ omni uirtutũ genere diuinas sãctiões
præcipuũ fuisse fundamẽtũ. Sed aĩaduerto fore: ut ma
gnitudine uerborum obrutus: magis imbecillitatẽ ĩge
nii mei detegerẽ: q̃ numerũ sicut par esset represẽtarẽ.
Vnũ ẽ fratres amãtissimi: ut tãtã fœlicitatẽ alacri studio
cõplectemur: ne ingeniũ inertia torpescat. ut enim can
tat poeta sulmonẽsis: Fertilis assiduo si nõ renouat ara
tro: Nil nisi cũ spinis gramen habebit ager. Cernis ut
ignauũ cõsumant otia corpus: Et capiãt uitiũ ni moue
ant aquæ. et ut Veronẽsis dixit: ut uidua in nudo uitis
quæ nascit aruo: nũq̃ se extollit: nũq̃ mitẽ educat uuã.
nemo uestrũ ingenii tarditatẽ incuset: nã et xenocratẽ
phylosophũ hebetem ingenio ac tardũ fuisse legimus.
Calistenẽ obtuso ingenio fuisse cõstat. cleanti ĩgenium
tardissimũ erat. eã tamẽ tarditatẽ ĩgenii labore: studio:
ac diligẽtia supabãt. exigite a uobis ut pythagoricũ ẽ p̃
ceptũ: ad solis occasum sedulã diurni negotii rationẽ.
(et ut nasonis utar carmine) dũ uires ãniq; sinũt: tolera
te labores: iã ueniet tacito curua senecta pede/ uenturæ
memores iã nũc estote senectæ: sic nullũ uobis tẽpus ab
ibit iners. cõsiderate cõmilitones acutissimi expectati
onẽ: quã habẽt de uobis patria parẽtes et amici. Si dif/

ficultate ſuperata in ſummũ uirtutis euaſeritis: laborũ ueſtrorum fructus percipietis uberes et iucũdos. Patria uobis dignitates: uos patriæ ſplẽdorem et gloriam affe retis. Doctrina ueſtra illuſtrabit patria: parẽtes et ami ci fouebuntur. Quod ſi ſomno et ignauiæ dediti hoc tẽpus ꝑ ſecordiã et luxum duxeritis: reliquũ tẽpus uitæ in obſcuro. i latebris trãſigetis: clãculari: blattari: lucifu gæ: triſtes: miſeri: inopes: et abiecti. Poſtremo cõſidera te ſedulã parẽtũ curã atq; ſolicitudinẽ. cõſiderate angu ſtias rei familiaris: domeſticas neceſſitates et icõmoda: qb; plerũq; afficiũtur: ut uiaticũ uobis ſubminiſtrẽt: Quorũ aures ſi rumor ignauiæ ueſtræq; petulãtiæ offẽ derit: incredibili amaritudine afficient: et graui crucia tu torquebũt. Habemus adoleſcẽtes ſtudioſiſſimi ciui tatẽ fertilitate et ĩgẽti copia redũdãtẽ: i optimo ac ſalu berrimo aere collocatã: quæ merito ꝑ uniuerſũ orbẽ e ruditiõis alũna nũcupat: qđ ex hac ĩ oĩ genere ſciẽtiæ uiri utiq; ꝓdeãt ꝑſtãtiſſimi. Vrbẽ habemus ex Platonis ſentẽtia uere fœlicẽ: is nãq; aiebat beatas eſſe res publi cas: qb; docto aut doctos amãti ſubiectas eſſe principi cõtigiſſet. Ecce inclytũ principẽ Ioãnẽ Bentiuoleũ ſecũ dũ ſortiti ſumus: cuius beniuolẽtiã ĩ pitos hõines res ip ſa abũde declarat: i hoc laudatiſſimo ꝯuẽtu uiros adeo doctrina ꝑſtãtiſſimos cõſpicitis: quos maxĩo ære ſtipẽdi atos: uobis optimos ꝑceptores tradidit: ut ſi uera eſſet

pythagorica palingenesia et platonica metãpsychosis: credere: cai: scæuolæ: Pōponii: aphricãi: celsi: uel papirii animas i istos trãsmigrasse. hic ne mētes nostras litteris ddítas arma ípediãt: quū cæteras ptes bello flagrãtes cernamus italiæ: sua sapiētia hãc almã ciuitatē tot bonis artibꝰ rebusqꝫ ad uictū necessariis affluētē: pacato gubernat ípio. cuius laudes si apire tēptarē: maiore opus esset oratore: quas tamen non tacitus ꝑterirē: ni timerē: quū tritaui: abaui: aui: parentes/ac oēs nos deniqꝫ fratres adeo huic illustrissimæ Bētiuolorū familiæ necessitudine iūcti sumus: ut ne uitã qdem ipsã i nostra magis ꝙ i eorū potestate positã esse uoluerimus: erogatū affectiōi suspectū fore. Solebat anteꝙ rediisset ad inuictos bentiuolos iste principatus: bellū ciuile tumultuari: felsinei inter se crassari: passim cædes et incendia fieri. nunc uero bentiuolis tãta ē gubernãdi ꝑitia: ut quū eorū prudentia gubernãte: patria ista quinquagenaria iã pace ꝑfruatur: merito dicere ualeamus. Aurea quæ quōdã Saturno rege fuerunt Sæcula: sunt nostris reddita tēporibus. Huius auus hostibus penitus fugatis: uictorias reportauit amplissimas: huius pater patriam suam tyrãnica seruitute oppressam: in pristinam libertatem uendicauit. Hic uero non modo maiorum suorum præclarissima gesta adæquauit: sed iam facile superat et antecedit. Habebitis fratres amantissimi eius

filium Antoniũ Galeaciũ Prothonotariũ Reuerẽdissi
mũ: studiorũ uestrorũ: uitæ: ac omnis deniq; actiõis ꝓ
tectorẽ ac defensorẽ accerrimũ: iuuenẽ dico Sulpitio:
Publio Licinio: Lucio furio: Caio Fabio: Marcello: et
Tarquinio rege religione nõ minorẽ. Publio Valerio:
Furio Camillo: Fabio maximo: Metello macedonico:
saluberrima animi moderatione nõ inferiorẽ. Quẽ nõ
Marcus cato: nõ drusus germãicus: nõ Marcus curius:
nõ Fabricius: abstinẽtia et cõtinẽtia supassent. quẽ nõ
Busa: nõ quĩtus Cõsidius liberalitate adæquassẽt. quẽ
nõ Cæsar: nõ Põpeius: nõ Alexãder: nõ Pirrhus: non
Thrasippus: humanitate et clemẽtia antecederent. Pro
fecto si fata meritã tibi Reuerendissime antistes attribu
ent gloriã: sicut debitus honos a ciuibus Metello tribu
tus ẽ: paruo tẽpore honore purpureo tempora tua cir/
cundata uisurũ me cõfido. Talem igit̃ cõmilitones acu
tissimi sortiti ꝓtectorem: omni cura ac studio legibus
incũbite. Sic amicis ac parentibꝰ læticiã: patriæ splendo
rem: nobis deniq; ipsis utilitatem et nominis ĩmortali/
tatem cõparabimus. Ad laudem illius: qui trinus re/
gnat in perpetuum. FINIS.

Impressum Bononiæ per Platonem de Benedictis
de Bononia. Anno Domini. M.. cccc. lxxxxv. Die. xix.
mensis octobris.